Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



57

ut ipsum anima & carne inmortales ac beati
in aeternum uidere mereantur. Ad hunc fi
nem uitae omnes suos audiores. & uerbo semp
& opere prouocare. ac uelut suspendere
contendunt. Quod uero ipsae tabulae cubi
tos ac semissem in latitudine habebant. ple
nus ille cubitus. perfectionem bonae operatio
nis. dimidium cubiti quod superest. inchoatio
nem diuinae ostendit cognitionis. Quia nimi
rum iusti in hac uita perfecte elemosinis insis
tere. orationib; uacare. ieiuniis castigari.
ceterisq; huiusmodi actib; relegiosis possunt
operam dare. Dm uero interim fide cognos
cimus. sed plenam eius cognitionem in futuro
speramus. Dicente ipso do. ac dno nro IHU xpo.
Si quis sertatur in uerbo meo. uere discipuli mei eri
tis. & cognoscetis ueritate. qui rursus ad patrem.
haec autem inquit uita aeterna. ut cognoscan
te solum & uerum dm. & quem misisti IHM xpm.
Hinc etiam aptis ait. ex parte enim cognoscimus.
& ex parte profetamus. Numquid ait.
ex parte laboramus pro xpo. ex parte uer
bo praedicationis instamus. ex parte bonis
operibus seruimus. Plenum ergo boni opis